



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LV. Revers des Abtes Heinrich und des Conventes zu Zinna wegen des von
Erzbischof Günther zu Magdeburg, mit Consens des Domcapitels, dem
Kloster zugeeigneten Dorfes Zernow bei Jüterborg, vom 28. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

burgensis, nec non Nicolao Cynnou, plebano in Templin, Brandenburg. diocesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Nach Hesslers Abschrift aus einem Brandenburger Copialbuche.

LIV. Das Kloster in Zinna verspricht dem Bischöfe von Brandenburg von den ihm incorporirten Kirchen fernerhin die ihm zustehenden Abgaben zu entrichten, am 23. April 1400.

Nos frater Hynricus, abbas, Andreas, prior, Thidericus, cellerarius et burfarius, Albertus, subprior, totusque conventus monasterii in Czenna, Cystericiensis ordinis, Brandenb. dioceos, tenore presentium publice recognoscimus, quod ecclesie parrochiales: Luckenwalde, Czynnou, Pechule, Bardenitz, Franckenvelde, ad nostram presentationem spectantes et per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Hynricum, episcopum Brandenburgensem, nostro monasterio incorporate, annexe et unite cum suis rectoribus seu plebanis sub omni obedientia et omni jure et lege jurisdictionis atque dioecese debitis ad episcopum Brandenburgensem, qui pro tempore est et fuerit, esse debeant, in nullo episcopatu et prelati ecclesie civitatis et dioecesis Brandenburgensis prejudicium generando pro nunc neque futuris temporibus etiam privilegiis, gratiis et indulgentiis obtinendis quibuscunque, volentes predictas ecclesias et earum pro tempore rectores semper obligatos esse ad solvendas quascunque procuraciones et subsidia sedi apostolice et legatorum ejus ac domino Hynrico, episcopo moderno, suisque successoribus clero civitatis et dioecesis Brand. impositas et imponendas juxta modum, ratum et taxam infra scriptam, videlicet Luckenwalde de XXIV, Czynnou de XXII, Pechule de XVI, Bardeniz de XIV, Franckenvelde de XIV fructis, ad quam taxam et ejus solutionem et alia onera eis de jure et alias etiam, ut prius, incumbentes prefatas ecclesias et earum pro tempore rectores sine quacunque contradictione consentimus fore obligatos, non obstantibus quibuscunque privilegiis, gratiis et indulgentiis obtentis et obtinendis in hac parte. In cujus testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Czenna anno domini M. CCCCI^o. ipso die sancti Georgii martiris.

Nach Hesslers Abschrift aus dem Originale des Brandenburger Stiftsarchives.

LV. Revers des Abtes Heinrich und des Conventes zu Zinna wegen des von Erzbischof Günther zu Magdeburg, mit Consens des Domcapitels, dem Kloster zugeeigneten Dorfes Zernow bei Jüterbogk, vom 28. September 1407.

Heynricus, dei gratia Abbas Monasterii In cenna, Totusque Conuentus ibidem ordinis Cisterciensis, Brandenburgensis dioecesis, — — notum esse cupimus christi fidelibus vniuersis per presentes, Quod reuerendissimus In christo pater et dominus, dominus Guntherus, dei et apostolice sedis gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie archiepiscopus, nobis abbati et con-

uentui Monasterii In cenna cisterciensis ordinis, Brand. dyocesis ad sue Magdeb. ecclesie temporale dominium specialiter pertinentibus, sibi ac dicte sue Magdeburgensi ecclesie vtilitatibus et necessitatibus in multis deferuentibus, vltra vires nostras nos sibi voluntarios et beniuolos exhibuimus In tantum, quod in sexcentis sexagenis grossorum Pragensium sibi in suis necessitatibus beniuole subuenimus. Ipse igitur volens tante nostrorum beniuolentie aliquam facere recompensam, de capituli sui Magdeburg. ecclesie speciali voluntate et vnanimi consensu maturo prius desuper habito villam dictam zernowe in territorio Juterbuccensi sitam, in qua nos sex curias cum duodecim mansis ad nos pertinentibus possidemus nobis ab antiquo a suis predecessoribus Magdeburg. ecclesie Pontificibus appropriatas, nobis dedit, donauit et appropriauit Et per suas litteras dat, donat et appropriat cum omnibus suis pertinentiis intus et extra cum omni plenitudine Juris, quo ipse et sua ecclesia Magdeburgensis eam hactenus noscuntur possedisse, perpetuo possidendam, Tali cum conditione adiecta, quod ipse aut sui successores et sua Magdeburg. ecclesia partem dicte ville sic vt prefertur nobis et nostro monasterio de nouo appropriatam a nobis et nostro monasterio pro centum et quinquaginta sexagenis grossorum Pragensium cum placuerit redimere valeant, Quibus ab ipso aut suis successoribus aut sua Magdeburgensi ecclesia nobis et nostro monasterio persolutis, dicta pars ville predictae ad ipsum et sue ecclesie possessionem reuertatur prefatis sex curiis eiusdem ville vna cum duodecim mansis ad eandem pertinentibus in possessione libera prefati monasterii remanentibus Cum omni iure libertate, qua nos dicti abbas et conuentus possedimus vsque huc. In cuius rei testimonium nos predicti abbas et conuentus sigilla nostra huius littere in vicem fecimus appendi. Datum In Magdeburg, anno domini Millesimo Quadringentesimo Septimo, feria tertia post Mauricii.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

LVI. König Sigmund befehlt dem Hans von Torgau, dem Burggrafen Friedrich die Auslösung des Schlosses Treben zu gestatten, am 14. Januar 1412.

Wir Sigmund, von gotes gnaden Römischer Kunig, zu allen ezyten merer des Rychs, vnde zue Vngern, Dalmatien, Croatien etc. König, vnd Marggraffe zu Brandenburg, Entbieten dem Edlen Hansen von Torgow, vnserm lieben getruen, vnser gnade vnd alles guts. Edler lieber getruer, Wann wir den Hochgebornen Fridrich, Burggraffen zue Nurnberg, vnserm lieben Ohem, Rathe vnd Fursten, zue vnserm Obristen Heubtman vndt Vorweiser vnser Marcke zue Brandenburgk gesezt vnd gemacht haben, Als das vnser brieffe, ihme daruber gegeben, eigentlich ausweifenn, Vndd wanns wir Ihme auch ernstlich befohlen vnde volle gewalt vnd macht gegeben haben, das er alle vnde Jegeliche Schlöfse, Städte vnde anders, das von derselben Marke verfezt, verpfendet oder sonst in Amtmansweise jemand befohlen seind, lösen vnde zue seinen Handen nehmen solle vnde möge, Als Wir das auch den Machtbotten, die von der vorgeannten Marke wegen, nechst bey Vns gewest seind vnd huldung gethan haben, an dich vnde andere zubringen, mündelich befohlen haben. Darumb heissen wir dich vnd gebieten dir auch ernstlich vnde vestiglich mitt diefem brieffe, das du dem vorgeannten Friederich oder seinem vnderhauptman oder wem er das befiht, an vnser statt mitt dem Slosse Treben vnde seinen Zubehörungen oder andern gutern, wie die benant sein, die du von vnsern wegen Inne hast, vnd zu vnserm Furstenthumb der Marcke zue